

1674  
Viro Nobilissimo Constantino Huygeno C. F.



S. P. D.

Ioannes Georgius Graevius.

Non temere litteris manibus viros magros, multis praesertim occupati-  
onibus distractos compello, ne tum quidem cum meae videntur maxime  
rationes postulare. Quid enim? Honoris tui causa scribam? Una  
mibi quidem ea esset causa gravissima ita ornandi atque augendi  
tui: sed quae tibi accessio ex meis litteris homini, tuo merito,  
omnium iudicio amplissimo? Equidem quod possum te amo, observo,  
absentem colo: quod docerandi aliis, non tibi, te enim non fugit,  
alium mibi referro locum. Nunc tamen quam gravis causa me  
ad scribendum compulerit non dubito quin pro tuo erga me studio  
sis cogniturus. Multorum hominum minime levium sermonibus  
ad me perferitur, fuisse qui malignos de me disseminarint rumores,  
invidiosumque me facere apud Serenissimum Principem Austronem-  
sem suaderint, criminantes me Cartesianae familiae alumnum  
esse ac sedatorem, nec bene de Principali gubernatione sentire.  
Nihil potuit dici falsius. Cartesii doctrinam tantum ab eo ut  
imbiberim, ut ne libros eius unquam evolverim perlegerimque. Non  
hoc mihi laudi duo: sed meorum studiorum rationes sunt alienis-  
simae ab hoc scriptorum genere, nec tulerunt unquam ut iis  
pertractandis invigilare potuerim. His accedit quod a tenentis

79

annis innubitus sim praeceptis antiquorum dicendi sapiendique ma-  
gistorum, illorumque lectione capiar unice, quod non ignorant qui me  
publice privatimque in hac Academia & in alijs gymnasijs audiverunt  
Aristotelem unice praedicantem, & ejus libros Rhetoricam imprimis  
Ethicam & Politicam ijs commendantem non solum, sed & ex illis  
multa de superiore loco explicantem. Nihil unquam docui, nihil  
scripsi, quod ultius animum, cujuscunque ille sit ordinis & loci & status  
posset offendere, nec unquam de Serenissimo Principe ac Ejus go-  
bernatione sinistris existimari. Hanc calumniam diffudit ora-  
tio, quam de laudibus Magni Principis scripsi, quae nunc typis man-  
datur. Illa testatam faciet neminem esse magis Serenissimo Ejus  
Nomini addictum & devotum. Antehac, reipublicae formam, quam  
inveni cum in istis terris primum appuli ante hos sedecim  
annos, non improbari, & ejus rectores colui, boni civis officium ex-  
istimans praesentibus esse contentum. Nunc vero summo reipubli-  
cae bono illam immutatam esse, eaque immutatione servatam  
unice, semper praec me tuli, & multis verbis in illa declam oratione  
qua summa fastidia rerum gestarum Serenissimi Principis sum  
prosecutus. Non habeo nunc quem ad te allegem praeter illam  
humanitatem tuam incredibilem, quam omnes admirantur, quaque  
omnium hominum voluntates allucis ac tibi mirifice devincis.  
Ea una spes fore, ut qui semel de me bene mereri coepis, tibi  
in tuo beneficio constare, & apud Serenissimum Principem meam  
causam, si quae hic jaedantur vera sunt, agere velis emixere

homo infans, qui omnes curas & cogitationes in optimarum artium  
studia fixit, damnetur & adfligatur calumniantium artibus &  
nequitia. Vale Vir Nobilissime, & me tuo beneficio, quando  
esse meo merito non possum, in tuorum munera esse patriare.  
Illustissimo Parenti tuo salutem officiosissimam dico. Tra-  
jecti in Batavis a. d. XXX April. C1D12C LXXIV secundum  
epocham Gregorianam.

